

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

773 - 774

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

dicti quoque Ethonis rogatu et dilectione dilectissimus filius noster Karolus de rebus episcopalis scilicet de moneta, theloneo ac aliis officiis ad se pertinentibus hoc constituit, ut quotienscunque hec ministeria mutarentur, pro salutis sue augmento septem libras, tres preposito, quatuor canonicis in commune traderentur. hanc ergo tam regis quam fratris ac  
 5 coepiscopi nostri dispensatoriam constitutionem propter humilem eorum petitionem ratam esse confirmamus. ac ne presens episcopus vel aliquis successorum suorum nec aliqua persona potens vel impotens manum deinceps audeat admittere ac quicquam de supradictis infringere vel fratribus subtrahere, auctoritate dei ac beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostri sub anathemate inhibemus.

10 Scriptum per manum Zacharie sancte Romane sedis bibliothecarii. actum Rome in feria 2 pasche anno incarnationis domini 773<sup>a</sup> coram multis principibus feliciter.

*B aus Straßb. Bez.-A. G. nr. 36 inserirt einer Urkunde des Straßb. Bischofs Heinrich von 1205 or. mb. c. sig. pend. delapso<sup>1</sup>.*

15 *Gedruckt daraus bei Schöpllin Als. dipl. I, 46 nr. 46; Grandidier Hist. de Fégl. de Strasb. II p. j. p. 111 nr. 66 = Levrault Essai sur l'anc. monn. de Strasb. p. 403. — Regest bei Jaffé Reg. pontif. lit. spur. nr. 320. Aller Wahrscheinlichkeit nach mit der Urkunde Karls vom vorhergehenden Tage im 12ten Jahrh. gefälscht, da darin verfassungsrechtliche Zustände des 10ten Jahrh. vorausgesetzt werden.*

14. Sigibald schenkt dem Kloster Weissenburg Güter und Viehheerden im  
 20 Elsaß u. a. einen Hof in der Stadt Straßburg mit seinen unfreien Bewohnern. 774 Mai 11.

Si aliquid de rebus nostris locis sanctorum vel in substantia pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio in eterna vita retribuere confidimus. igitur ego in dei nomine Sigibaldus in amorem domini nostri Jesu Christi et remissione peccatorum meorum, ut veniam delictis meis consequi merear, in futurum dono donatumque in perpetuum esse volo ad basilicam sancti Petri apostoli, quod est  
 25 constructum super fluvium Lutra in monasterio, quod vocatur Uuizunburg, ubi Ermbertus<sup>2</sup> episcopus seu abba preesse videtur, hoc est res meas. hoc est quod dono in pago Alasicinse: in civitate Strazburg curtile unum et illo servo super  
 30 ipsam curtile manentem nomine Horcholfus cum filiis suis Angilolfo et Halidolfo et filia sua et dimidia hoba ad Uuihereshaim in ipsa curtile. similiter dono in Matra 12 vaccas et illo pastore et dono ad Beninhaim 15 equas cum pastore et ad Biberesthorf 50 porcos cum pastore et dono ad Freineshaim 40 herbices cum pastore et cum omni peculiare eorum. ita et memorata basilica hoc habeant, teneant atque  
 35 possideant et suis abbatibus ibidem deservientibus proficiant in augmentum. si quis vero, quod futurum esse non credo, nos ipsi aut aliquis de heredibus nostris hanc

a) Grandidier corrigirt 774.

1 Die Renovation der päpstlichen Bulle begründet Bischof Heinrich so: ut ergo predictorum reverentissimorum patrum et principum pia largitio atque benigna constitutio integrum perhennitatis  
 40 robur obtineat, dilectum fratrem nostrum Albertum prepositum cum universis fratribus nostris canonicis in possessionem juris sui, que aliquantulum per antecessores nostros neglecta fuerat, ex integro restituimus.

2 Ermbertus Abt von Weissenburg c. 764—792.